13.B/28-002

Clarissimo Viro
Celeberrimo Professori Domino Bonato
S. p. d.

Carol Ludov Willdenow
Prof. Bot. Berol.

Litteras hasce Tibi dabit frater Celebris de Humboldt, qui Romam versus proficiscitur, ubi munere Legatus curae nostrae fungitur. Pro seminibus speciminibusque siccis Tibi grates quam maximas absolvo, inter haec mihi prae reliquis Ruta patavina erat gratissima, sed semina hujus nullas dederunt plantas. Semina reliqua laete germinarunt sed haec nimis tarde accepi, hinc de nonnullis neque flores neque fructus exspectare possum. Cacalia Porophyllum, Tagetes minima, Cosmos bi- nondum gemmas florum habent, et noctibus jam pruina cadit. Horum vegetabilium aliorumque catalogi Tui dimissi in proximis litteris, sin permittas, desiderabo. Ast haec circa finem mensis Martii vel antea hic exspectabo. Non omittam Tecum semina in catalogo Tuo haud indicata ad Te mittere, sed de occasione sollicitus sum, et Te etiam atque etiam rogo ut mihi viam indices, qua justo tempore absque magnis impensis Tibi pervenirent. Vale Vir Clarissime mihique fave.

Dabam
Berolini d 12 Septbr 1802.

P. S. Prodibit hisce diebus novissima Specierum plantarum pars, continens classes Diadelphia et Polyadelphia, in qua multa nova enumerantur vegetabilia.

a Monsieur
Monsieur le Professeur
Bonato
a
Padua